pena hoc idem vadium non evadendo Qualiter nihil sibi in Auxilium cum presente in
scriptione et eius defectu recipiendum Sue et suorum successorum sub amissione
sue et suorum successorum sub amissione totius Causae vel solutionis praefatae
vadii et vadiorum quo vel quibus solutis utique presentem inscriptionem et omnibus
In ea contentis praefatus Stadnicki cum suis successoribus satisfacere te
nebit et tenebitur totus quotiens opus fuerit Nulla praescriptione terrae in
praemissis obstante Super quo Memoriale solutum est officio praesenti

Bereznicski arendat Sliwniczki

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus stans perso
lis Nobilis Dimitr Berezanski tenutarius villae Korithnicki A
iure terrae recedendo et praesenti iurisdictioni se et suos successores cum
bonis suis omnibus In toto quo ad actum effectumque praesentis inscriptionis
incorporando ac ministerando Mente et corpore sanus existens publice
palam recognovit Quia bona tenutae sue vel tota et integra villa
Korithnicki cum omnibus ad ipsa bona ex antiquo spectantibus et pertinentibus
quocumque nomine vocitentur hinc ad festum Sancte Agnetis virginis
proxime venturum Quos Stanislao Sliwnicki Gladisiero ter
re Premisliensis et eius successoribus arendavit et in arenda loca
vit modoque arendae inscripsit et inscribit de qua arenda recognovit
sibi ab ipso Stanislao Sliwnicki satisfactum esse Quae bona
ipse Stanislaus Sliwnicki cum suis successoribus tenebit habebit et
possidebit illisque utiferet modo arendae et non alio iure ab
hinc ad festum Sancte Agnetis proximum et non ultra cum omni iu
re domino ac proprietate et cum omnibus quatenus utilitatibus fructi
bus et proventibus prout eadem bona solus tenuit habuit et possidebat
nihil excipiendo Et iam exnunc ipsi Stanislao Sliwnicki praefatus
Bereznicki coram officio dat et dedit in ipsa bona iure et modo arendae
de inscriptis realiter intrare cum actuali et pacifica possessione per
ministerialem terrae Premisliensis ex officio praesenti additum Et
hic idem coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus stans
personaliter Quosdam Stanislaus Sliwnicki A iure terrae rece
dendo et praesenti iurisdictioni se incorporando publice palam recognovit Quia
bona praefata vel totam et integram villam Korithnicki cum omnibus
ad ipsam pertinentibus per ipsum Dimitr Bereznicki sibi arendata
Non alio iure et modo tenere tantummodo et iure arendae
praefatae usque ad festum Sancte Agnetis proximae venturum tenet et
possidet Et post expiratum tempus praefatum ipse Dimitr Bere
zanski in bona praefata inequitabit inequitabitque sui posteri
tanquam in sua propria obligatoria et per hoc nulla violentia
fecit Quamquidem inequitationem ipse Quosdam Stanislaus

Sliwnicki cum suis posteris eidem Berezanski et eius successoribus praeparare non debet
sub vado in inscriptione obligatorio contentis et descriptis et tali prout constat
repetitum Super quo Memoriale solutum est officio praesenti

Szieleczki reformat uxori

Stans personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisli
ensibus Nobilis Fietko Szieleczki dziurdziowicz A iure terrae re
cedendo et praesenti iurisdictioni se et suos successores cum bonis suis omnibus
In toto quo ad actum praesentis incorporandi Mente et corpore sanus existens
publice palam recognovit Quia Nobili Annae filiae Nobilis Pe
tri Manasterski consorti sue triginta florenos pecuniae mon po
lonicalis ratione dotis et alios triginta florenos pecuniae mon polonicalis
ratione veri dottalicii volens statui ipsius in futurum providere In et
super medietate omnium bonorum suorum hereditariorum et obligatorio
rum mobilium et immobilium quae nunc habet et in post ubicumque ha
buerit et acquisiverit ac super ipsum devoluta fuerit reformat dat
donat et inscribit Ita quod ipsa Anna bona praefata omnium me
dietate in summa dotis et dottalicii simul iuncta sexaginta
florenorum pecuniae tenebit et possidebit cum omni iure domino
ac proprietate et cum omnibus quatenus utilitatibus itidem prove
nientibus nihil excipiendo via modo forma et consuetudine aliarum
reformationum in Regno Poloniae dictius tentarum et obstinatarum
Inscribitque se et suos successores super bonis suis omnibus Nobilem
Annam consortem suam ad acta terrae Premisliensis ad primos vel
secundos terminos terrestres Premisliensis adducere et statuere Quae
statuta debet actum debit se abrenuntiare de omnibus bonis pat
ernis et maternis cum consensu ipsius mariti et hoc in persona prae
fati Petri Manasterski vel eius posterum sub vadio tri
ginta florenorum pecuniae mon polonicalis Praeterea ipse Fietko
Szieleczki se et suos successores super bonis suis inscribit in perso
na ipsius Petri Manasterski et eius successorum praesentem
inscriptionem Castrensibus Premisliensibus reformationis dotis et dottali
cii Ex his actis ad acta terrae Premisliensis ad primos
vel secundos terminos terrestres Premisliensis transferre et trans
portare sub vado simili triginta florenorum pecuniae Pro
quibus quidem vado et vadiis quacumque ex causa succumbitur et suc
cumbendo si se praefatus Fietko Szieleczki cum suis successoribus
eidem Petro Manasterski et eius successoribus ad iudicium ter
restre vel Castrensibus Premisliensibus citare praemiserit et praemiserit

[illegible]

13/V

Acta in Castro Premisliensi feria sexta post festum sancti Stanislai in Maio proxima Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Nono

Coram officio et actis

Therlieczki ctra Berezanski

[illegible]

[illegible]

Therlieczki ctra Therlieczki

[illegible]